

ante 988¹, *in comitato Suanense*²

Nel litigio che oppone il conte Rodulfus e suo nipote, il conte Ildebrandus, a Ertinus, figlio del fu Adalgozi, e riguardante i beni della cella di Santa Maria di Ofena, dipendente del monastero di San Salvatore al monte Amitata, si presentarono davanti al conte Rodulfus e al giudice Almingo dodici uomini, *quod meliores et plus senit erant*, a indicare, sotto giuramento, quali fossero i beni di pertinenza della cella di Santa Maria di Ofena.

Originale.

Archivio di Stato di Siena, Diplomatico, San Salvatore [A].

Edizioni: Kurze, CDA, II, n. 215, *sub a.* 1000 ca³.

+ Breve recordationis de altercatio, que fuit inter Rodulfus comes et Ildibrandus⁴ comes, que fuit nepus ipsius Rodulfi comes, et Ertini, filius bene memorii Adalgozi⁵, de terra sancte Marie de Ofena, qui est cella sancti Salvatori, quod est monasterio sito monte Amiata⁶. Postea venerunt duodecim homines, quod meliores et plus senit erant, abitaturi in illis partibus, hoc fuit: Liutardus presbiter, filius bone memorie Raciprandi sacerdos, qui fuit habitator in sancta Maria de Brascaria, et fuit alius Amolfredus de Picaciano, et fuit alius Martinus et Ioannes, germani de Ofena, et fuerunt alii duo homines Gisolfredus et Raino de Susonione, et fuerunt alii duo Andrea et Sabatinu, qui erant resedentes in Fuianise, quod est terra sancti Salvatori, et fuit alius homo Uinizo, qui fuit resedentes in Busserna, et fuerunt alii duo Bonizo et Benedictu, germani filii bone memorie Gumprandi, et fuit alius Gennari, filius bone memorie Berno, de Larnanu. Isti duodecim homines monstaverunt: ipsa terra sancte Marie de Ofena quod est pertinentia sancti Salvatori. In primis monstraverunt unam sorte et unum molinum a sancto Grisanto, quod resedebat Ioannes molinarius, et inde monstraverunt per loca designate valli de Colongnola, et inde monstraverunt totum Prisscianu, et inde monstraverunt unam masa in Busserna, qui resedebat Barozo, et inde venerunt in Uilgianu et monstraverunt ibi alia terra per loca designata, et inde venerunt ad alium casale Scisanu, ubi dicitur sanctus Stefanu, et monstraverunt tertia pars de ipso casale, et inde monstraverunt ipsa rocca de Sassine⁷ cum tota pertinentia et adiacentia sua. Et sic iuraverunt isti duodecim homines per sancte Dei evangelie, quod ille mase et illa rocca cum pertinentia sua et illu molinu et ipsa terra, quod ipsi monstraverunt domni Rodulfi comes et Almingo iudex, quod plus pertinebat a cella sancte Marie de Ofena, quod est monasterio sancti Salvatori, quam ad proprietate Ertini.

¹ La proposta di datazione è in Collavini 1992, p. 102.

² Su questo *breve de altercatione*, Collavini 1998, pp. 86 e 107.

³ CDA, II, n. 215, pp. 44-45.

⁴ Sugli Aldobrandeschi, Collavini 1998.

⁵ Wickham 1989, pp. 123-124.

⁶ San Salvatore al Monte Amiata, Kurze 1989b, pp. 357-374; Ascheri – Kurze 1989 e più in generale Marrocchi 2014. Viene citato anche nella seguente documentazione giudiziaria: *ChLA*², LXI, n. 37 (novembre 822); *ChLA*², LXII, n. 12 (maggio 828); *ChLA*², LXIII, n. 26 (luglio 886); CDA, n. 180 (903 ottobre 21); CDA, II, n. 215, (ante 988); CDA, II, n. 207 (luglio 991) e CDA, II, n. 207 (luglio 991).

⁷ Per l'identificazione dei luoghi, Wickham 1989, p. 121 e ss.